

**D. I A C O B I A  
C A L I G I O I V R E C O N  
S V L T I C L A R I S S I M I,  
E Q V I T I S Q V E A V R A T I  
C V R I A R V M E X T R A  
G R A V A T O R I V M,  
R E R V M S V M M I S  
I L L V S T R A  
T V M.**



**His accessit locupletissimus, ac  
fidelissimus Index.**

*B A R C H I N O N Æ,*  
**Apud Ioannem Gordiolam.**

**C V M P R I V I L E G I O.**

IACOBI A CALI-  
cio Iuriconsulti clarif-  
simi Extragraua-  
torium cu-  
riarum.



P R A E F A T I O.



**L**ama-  
ne cesses :  
quali tuba  
exalta vo-  
cem tuam.  
Isaie lvij. ca-  
pitu. Sicut  
enim Deus  
omnipotēs  
nos admo-  
net per prophetam relictis vitijs ad in-  
uestigandum vias eius: ita etiam nos ad-  
monet Iuriconsultus Iulianus reiecta via  
ignorantiae ad inuestigationem verita-  
tis scientiae iuris sic inquitens. Nam & si al-  
terum pedem in sepulchro haberem, ad-  
huc tamen quidem addiscere vellem: vt l.  
apud Iulian. §. an haec vera putas. ff. de fidel-  
comissarijs libertatibus: instruitq; etiā nos  
ad habendum perquiritam veritatē. vt He-  
rennius Modestinus & notādo, & dispu-  
tādo bene & optima ratione veritatem de-  
creuit: vt l. munerum. §. mixta. ff. de mune-  
ribus & honoribus tamen ibi no. per Bar.  
Et cōsiderans ego Iacobus de Casteo iu-  
risperit⁹ & miles olim Ciuis Ciuitatis Vi-  
cen. Nunc vero habitator nobilis & insi-  
gnis ciuitatis Barcinonē. cōstitutus in ae-  
tate quinquaginta trium annorum & qui  
vltra. xxx. annos practicaui in curijs archi-  
episcopatus Tolosae & principatus Cata-  
loniae Vici & Barc. & sequendo aliquan-  
do curiā regiā vt cōsiliarius regius: & qui  
libet teneretur dirigere rem publicā cui na-  
scitur: vt l. j. §. & generaliter. ff. de ventre  
in possessionē mittendo & patrie vtilitati-  
bus obligatur. ff. de muneribus & hono. l.  
iij. §. q. pater: & ei plus stringitur quā pa-

rentibus, vt l. postliminiū. §. filius. ff. de ca-  
ptiuus & postliminio reueris. & l. mini-  
mē. ff. de religiosis & sumptibus funerū: et  
l. veluti. ff. de iustitia & iure. Cum ibi nota  
per Guilelmum de Cugno. & Barto. Cō-  
siderans etiam, quōd in curijs generalibus  
principatus Cataloniae: multi, qui nuncq;  
facta curiae nouerunt, vt plurimum cōuo-  
cati & alias. interueniunt. & communiter  
ignorant quid in eis agendum sit. & sic de  
eis verificari potest, illud dictum Iuricon-  
sulti Pomponij Turpe est patritio & no-  
bili viro causas oranti ius in quo versare-  
tur ignorare: vt l. ij. §. seruius. ff. de origine  
iuris. Ideo, occasione sumpta: quia in curia  
celebrata in monasterio sancti Cucupha-  
tis Valens per Serenissimū dñm, dñm  
Regem Alfonso quartum nunc felici-  
ter in regnis Aragonum Siciliae & Nea-  
poli regnantē prouisor, & reparator gra-  
uaminum inter ceteros excellentissimos  
notabiles iurisperitos, & doctores electus  
& deputat⁹ fui pro egregio & insigni bra-  
chio militari. Et pro nunc in dicto mona-  
sterio personaliter resideo cum alijs excel-  
lentissimis notabilibus prouisoribus gra-  
uamina principatus Cataloniae & Catala-  
nis prouidendo tractatum de curijs duxi  
componendum & in re publica principa-  
tus Cataloniae vulgandum: quem curiale,  
& Extragrauatoriū curiarū duco (si pla-  
cet) inscribendum & nominandū. Et mo-  
re solito in alijs meis compendijs & tra-  
ctatibus tractari solitis octo dubia princi-  
palia formabo: & sub eis & vno quoque  
eorum multa alia dubia elucidabo.

¶ Primò quaeritur, vnde istud nomen cu-  
ria ortum habuit.

¶ Secundo quot modis curia dicatur, seu  
appellatur.

¶ Tertio, quomodo Curia generalis in  
Catalonia debeat conuocari.

¶ Quarto, qualiter Curia gñalis in Cata-  
lonia conuocetur.

¶ Quinto, in quo loco Curia generalis in  
Catalonia debeat conuocari.

¶ Sexto, qui sint conuocandi, & debeant  
in Curia interesse.

¶ Septimo, quid in Curia debeat tracta-  
ri, & expediri.

¶ Octauo, qualiter Curia debeat finire, &  
licentiarī.

**LUGDVNI,**  
**Excudebant hæredes Cor-**  
**nelij à septem Gran-**  
**gijs , sumptibus**  
**Io. Gordiolæ.**

1556.